

locum ad partem septentrionis, quanto plus est diuersitas aspectus à parte meridiei, maior est possibilitas illius apud eos maior, & illud nõ est nisi cum cursus lunæ est à parte septentrionis ab orbe signorũ tantũ, scilicet, qñ est in eclipsi prima recedens à nodo capitis, & est in secunda eclipsi uadens ad nodũ caudæ. Et per simile huiusmet ostenditur, qd est possibile iterum, ut eclipses sol apud illos, qui sunt unius & eiusdẽ regionis, bis in breuiori tempore, quod est 7. mensiũ, cum cursus lunæ iterũ est in septentrione ab orbe signorũ, & nõ est possibile illud cursu eius in meridie ab eo in loco de eo qd habitatur, & illud est, quia ipse sciuit per illud qd præmissum fuit quantitatẽ arcus orbis decliuis, quẽ perambulat luna per motum suũ uerum in breuiori tempore, quod est 7. mensiũ, & illud est 208. partes & 47. minuta, & est arcus in eo qd est inter accessionẽ ad unum duorũ nodorũ & recessionem à nodo secundo 192. partes & 24. minuta. Clarum est ergo, qd cum lunæ nõ est diuersitas aspectus, nõ est possibile inuentio illius, ppter ea qd arcus circuli decliuis, qui est minori tempore qd est 7. mensiũ, est maior maiori arcu sparsio inter duos terminos habentes eclipsim in sole p partes, quarũ summa est in circulo decliui 16. partes & 31. minuta, & in circulo quidem, qui transit per duos polos orbis signorũ pars una & 25. minuta. At uero ubi est possibile, ut accidat ei de diuersitate aspectus in una duarũ coniunctionũ, aut in utrisq; à parte una, qd sit plus parte una & 25. minutis, tunc illis est possibile, ut apud eos bis eclipsetur in minori tempore quod est 7. mensiũ. Inuenit ergo per simile eius qd præcessit quantitatẽ dierum, qui sunt in hoc tempore, & illud est 205. dies & 12. horæ æquales. Sequitur ergo qd sit tempus coniunctionis secundæ post 12. horas à tempore coniunctionis primæ, & ppter ea qd sol in hoc tempore perlabitur de orbe signorũ duos arcus æquales à duobus lateribus longitudinis longioris, quorũ summa est 197. partes & 50. minuta, erit cõiunctio prima in fine aquarij, & coniunctio secunda in medio uirginis. Oportet ergo, ut queramus ubi & qñ sit possibile, ut sit lunæ in uno istorũ locorũ, aut utrisq; de diuersitate aspectus in latitudine à parte una eius, qd addat super partẽ unam & 25. minuta secundũ hoc, ut sit luna in una duarũ coniunctionũ super horizonte orientali, & in secunda super horizonte occidentali, qm per hunc modũ tantũ præparatur, ut sint duæ eclipses simul supra terrã, cum sint inter duo tẽpora earũ 12. horæ, erit ergo una earũ in mane & altera in sero. Diuersitas uero aspectus eius quæ est septentrionalis, nõ est possibile, ut sit summa in aliquo loco de eo qd habitatur, neq; apud eos quorũ habitationes sunt sub æquatore, nedum apud alios maior 23. & propter illud sit impossibile, ut sol bis eclipsetur in breuiori tempore quod est 7. mensium, cum cursus lunæ est in meridie ab orbe signorũ, scilicet cũ est in coniunctione prima, uadens ad nodũ capitis, & in coniunctione secunda recedens à nodo caudæ. Diuersitatis autẽ aspectus eius, qui est meridians in regione, cuius longior dies est 14. horæ, & media, est summa in longitudine lunæ media in applicationibus, cum est postremũ aquarij orientale, & est mediũ uirginis occidentale. Postq; computat cum diuersitate aspectus solis quasi 46. minuta in unoquoq; duorũ locorũ horum, donec sit qd aggregatur ex duabus diuersitatibus aspectus in utrisq; plus parte una & 25. minutis. Propter illud ergo est possibile, ut apud eos sol bis eclipsetur in breuiori tempore, quod est 7. mensiũ, & ppter ea qd diuersitas aspectus magnificatur apud illos, quorũ habitationes sunt in parte septentrionis ab hoc loco, tũc possibilitas illius apud eos est maior, & nõ erit illud nisi cũ cursus lunæ fuerit in septentrione ab orbe signorũ tantũ, scilicet, cum in eclipsi prima est uadens ad nodũ caudæ, & in eclipsi secunda est recedens à nodo capitis. Deind ipse declarauit post illud, qd non est possibile, ut sol bis eclipsetur in mense uno in loco eius qd habitatur, neq; in climate uno & eodem, neq; in duobus climatibus diuersis, & si ponatur conuenientia eius, cuius est impossibile conuenientia, scilicet, ut sit luna in sua propiori ppinquitate in applicationibus, ut illud qd accidit ei de diuersitate aspectus sit maius qd est, ut sit tempus mensis breuius quod est possibile, ut sit additio cursus in latitudine in mense super cursum, quẽ continet terminus eclipsis solis minor, qui esse potest, & ut nõ consequat separatio, neq; ex horis, neq; ex signis, in quibus illud quod accidit ei de diuersitate aspectus, est maius qd est. Declarauit ergo per simile eius qd præcessit quantitatẽ arcus orbis decliuis, quẽ perambulat luna per motũ suum uerũ in breuiori tempore quod est mensis, & illud est 29. partes & 14. minuta, & pertinet unicuiq; duarũ medietatũ huius arcus, scilicet, cum nodus est in medio eius de

kk 2

circulo